

fit integritas simul & dignitas Augustana nostra
Confessionis, quam Monachus iste sceleratus me-
retricis Babylonicae adulator & emissarius, san-
guinem piorum sitiens, non veretur nominare me-
retricem Babyloniam, saepius à D. Philippo mu-
tata, & à plurisq; horum temporum sectis, Cin-
gianis etiam, Caluinianis & alijs, ut ait iste, ar-
reptam, & adoratam, ac etiam in mutua lite in
ipsis suis capitibus, & quidem inter ipsos quoq;
Lutherum & Philippum, positam. Postea si cor-
di & curæ est religiosa pax & salutaris concordia
aduersarijs, ut Surius præ se fert verbis, re ipsa
negat, quô minus illa fiat, & quis pertinaciter
impedit omnem unanimitatem, & dexterita-
tem docendi, discendi, vniendi, & quibus ratio-
nibus ad quietem salutarem perueniri possit, ali-
quomodo ostendendum est.

Substitit, ut diximus, Lutherus Coburgi in-
terea, dum Comitia agerentur, & laborando,
consulendo, orando, ipsis Comitijs absens inter-
fuit, & ea ad salutarem exitum deduxit. Etsi n.
ut dictum est, exitus videtur esse minus optatus,
cum Cæsaris indignatio aliqua coniuncta cum
comminatione fœnera in eo appareat, tamen Lu-
therus precibus ad Deum effusis ita animum Im-
peratoris optimi absens diuino spiritu flexit, &
moderatus est, ut licet decreta & edicta more
Pontificio extorta & compilata, viderentur acerba
atq; dura, tamen Cæsar suspicetur semper, non
recta